

DELL' AVVOCATO SIGNOR D. ANDREA  
NOBILIONE.



**D**um tua Phoebæi celebrant connubia Vates ;  
Aoniumque Jugum

Festivo resonare docent per culmina cantu ;  
Non decet interea

Laetitia in tanta nostram cessare Camoenam ;  
Non , ADRIANE , Lyræ .

Nunc thalamum violis , & odoro germine calthæ ;  
Purpureâque rosâ

Spargimas & myrto ; castosque Hymenæon ad ignes  
Dicimus ; atque chori

Plaudentis , nomenque tuum , taedasque canentis  
Pars modo parva sumus .

Post-

*Postmodo cum faciet dignâ te prole parentem.*

*Uxor ; & incipies*

*Crescenti puero blandis ridere labellis ;*

*Tunc mea Musa chebyn*

*Conatu meliore tuo sacrabit honori ;*

*Teque , tuosque canet .*

